

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 5. De solitis apponi contractibus, quæ sunt conditio, modus,
demonstratio, & causa,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

here: ut donare, vendere, &c. sicut non confirmare contractum, nec ei robur addere: cum non si promisorium; sed tantum assertorium eius quod sit. Altero vero, si iures te contractum semper habiturum ratum, nec reuocatum; & sic confirmare contractum: Qui plenius tractatam materiam hanc cu piuerit, satisfacere ei Suarez poterit in tract. 4. de religione libro 1. cap. 20. & aliquot sequentibus. Poterit quoque Thomas Sanchez in Opere moralis lib. 3. cap. 11.

C A P V T . V.

De solitis apponi contractibus: que sunt, conditio, modus, demonstratio & causa.

S V M M A R I V M.

- 56 Quid significetur conditionis nomine, & quibus particularis exprimatur.
- 57 Quid nomine modi, & quibus item particularis exprimatur.
- 58 Quidque nomine demonstrationis, & quid nomine causa, & quibus particularis exprimatur.
- 59 Quia conditio faciat contractum conditionalem.
- 60 Conditione que est contractus: tantum contractus, viciat illum redditus inuidendum.
- 61 Contractus cui conditio impossibilis, aut conditio turpis de futuro apponitur, non vales.
- 62 Contractus valide sub conditione factus reuocari non potest.
- 63 Modus appositus contractui, quid circa illum operetur, declaratur diversis documentis.
- 64 Documentum de demonstratione addita contractui.
- 65 Non va, et contractus factus ob causam existimatam veram, que est falsa.
- 66 Quin validus sit contractus factus ob causam, non ob eas quod alius interacheret quo cognito non sufficit actus.
- 67 Cum principali causa contrahendi est falsa, contractus est nullus.

C O N D I T I O N I S nomine in hac materia, significatur clausula contractui ad illius suspensionem adiecta, per particulam (*si*) aut aliam ei equipollentem. Exemplum est si dicatur lego Titio, si fuerit Consul. Particula autem ei equipollentes conditionali si (*ex* Sylvestro in verbo *Conditio*, quest. 2. sicut, cum, ubi, quando cumque). Nam lego Titio, cum, vel ubi, vel quando cumque fuerit Consul, cunctem habet sensum, cum praecedenti exemplo. Item, (*nam*) nam vendoti librum meum tanti, nisi alius hodie pluris emere velit: sensus est, alius hodie pluris emere velit, non vendo. Item (*alioqui, alias*) nam scribes mihi librum intramensem, alioqui, vel alias quartam mercedis partem perdes, pone nomine: sensus est, si non scriperis perdes. Item, *aut*, *vel*, *sive*, cum alterna sumuntur. Nam reliquo pradicta mea propinquis, aut Ecclesia: sensus est, si non fint propinquia, habeat Ecclesia. Item (*quādū*) nam lego centum Titio in annos decem, quandiu gesserit res hæreditis mei: sensus est, lego si gesserit, &c. Item (*dōne*), quoque, vel dum fuerit cum filio meo, sensus est, si non fuerit cum filio meo, nō lego.

N O M I N E A V T E M modi, significatur clausula contractui per particulam *vi*, *aliā* *equipollentem*, adiecta ad illius moderamen, per oneris impositionem, *ex Syl. in codem verb. quest. 3.* exemplum est: si dicatur: do vel lego tibi domum meam, ut hoc vel illud facias. Particula vero ei equipollentes sunt, *ex eodem in seq. quest. 4.* dummodo: nam id est: do dummodo facias; ac do ut facias. Item, (*ne*) nam Titum instituo heredem, ne fidei commissum ex Sempronij testamento recinetur: sensus est, ut non retinetur. Item *et pro*, nam, do ad *adficandū* hospitale, vel pro *adficando* hospitale: sensus est: do ut *adficetur* hospitale. Item (*in, & nomine*) nam lego tibi in redimendos captiuos, vel nomine redimēti captiuos: sensus est, ut redimantur captiuoi. Differt autem modus à conditione, *ut notar. glossa ad Cap. V. & u. 11. De conditionibus ap. positi, verbo, conditione*: quod hæc suspendat contractum, ita ut non valeat nisi expota conditione. Modus vero adiectus contractui, non suspendat ipsum: ad cunctos contractus donata sub modo, statim debeatur, statimque peti possit.

N O M I N E P O R T A o demonstrationis per tradita à Syl. in eodem verbo *Conditio*, quaest. 8. significatur clausula ex aliquo præterito vel præsenti accidente, reddens nos certos de re quæ geritur: ut si quis leget vxori feracem vestem, quam habet in arca clausa: his accidentibus demonstratur res, de qua disponitur. Similiter, si quis vendat agrum inter hos & illos confines existentem; aut dominum palatio proximum.

Nominis denique causa significatur clausula, quæ adiicitur contractui ad iudicandum illius causam: fitque talis adiectio per particulam *quis*, *vel aliā similem*; ut lego tibi mille, quia negotia mea gessisti: vel eo quod filium meum recte institueris. Porci autem duplex esse si illiusmodi causa: quædam finalis propter quam scilicet contractus fit: & qua non sufficit, ille non fieret: quædam vero impensis, ob quam nimis facilius, vel citius, vel libenter fit contractus.

Documenta de conditione contractui apponi solita.

S E C T I O P R I O R.

D E C O N D I T I O N E notanda sunt pro praxi aliquot documenta. Primum est. Conditionem que facit contractum conditionalem, debere esse expressam: non enim sufficit tacita, *ex Sylvestro in verbo Conditio*, quest. 9. per legem, Conditions, ff. De conditionibus & demonstrationibus. Item debere apponiri à principio contractus: non enim sufficit apponere post contractum; quando iam ille partium voluntate dissolui non potest: quod Syl. habet in sequenti quest. 10. Item debere esse de futuro eventu incerto, non autem de præterito, vel de praesenti, vel de futuro certo, *quale est, si moriar*; quia talia non suspenduntur, cum habeant esse, vel iam in actu positum, ut præterita & praesentia: vel dependens ex causa ita certis & determinatis, ut licet futura sint, in illis tamē, praesentis quadammodo censeantur, propter certitudinem proueniendi ex illis. Ita sentientes autores magnè numero. Thomas Sanchez refert lib. 5. de matrimonio disput. 2. numer. 2. beneque monet num. 3. id non habere locum, si contrahentes existimarent conditionem esse appositam de futuro contingenti, quia contractus effectum conditionis de eventu incerto, tunc sortiretur, ex intentione contrahentium, conditionem apponentium, à qua conditionalis contractus penderet.

S E C U N D U M documentum est, de quo adhuc idem Sylvestris in citata quest. 10. pro eo que faciunt que disputat Sanchez in sequent. disput. 9. 10. & 11. Conditionem adiectam, viciare contractum, si ea sit contra illius substantiam: ut esse censuretur, argumento Cap. Tua, De sponsalibus; quando contractus ipse non potest cum ea stare. Quo modo contra mutui substantiam est conditio, ut solvatur aliquid supra principale; & contra societatis substantiam, ut lucrum & damnum non sit commune: non viciare autem contractū, si solum sit contra illius accidentia: quia potest sine eis stare; quando quidem sublati accidentibus potest manere substantia.

T E R T I U M docum. est. Conditionem appositam contractui, quantumvis non sit contra eius substantiam, si tamen sit impossibilis, viciare ipsum: ut si dicatur, lego Titio centum si manu colum tetigerit: necitem si sit turpis; ut si dicatur, hæredem in situum Titium si hæreticus fiat. Tamen hæc, quam illa contractum reddit inuidulum, iuxta illud quod de Cap. finali. De paetis, dicitur, paetum turpe, vel rei turpis aut impossibilis, deinceps vel de facto nulla obligatio inducere. Atque de impossibili est textus expressus Institutus, De hæredibus instituendis. §. Impossibilis, & in legge, Non solum, ff. De obligationibus, & actionibus, ubi ratio insinuat; quod omnium ea cogitatio sit, ut nihil agi existimetur apposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem. Et certe talis conditio cuiuscumque temporis sit, signum est manifestum, nō adesse consentium seruum in contractu; sed potius disensus, dum consensus suspenditur per illud quod est impossibile. Nec obstat quod forte conditio putetur impossibilis: quia licet tunc consensus seruis sit: ramen suspenditur à conditione, que nec extitit, nec exabit. Neq; inde oritur alia obligatio (ne peccetur contra conscientiam) quæ expectandi euentum, donec conditionem impossibile esse

sciatur. Eo autem cognito cessabit talis obligatio que à parte rei ab initio nulla fuit.

De conditione autem turpi cur irritet contractum ratio, hæc redditur quod cum turpis conditio, contractui communiter adiiciatur ut impleatur, si ille valerer, adstringeret, aut saltem alliceret directe ad peccatum; quod aperte alienum est à ratione. Vnde & intelligitur talem conditionem debere esse de futuro, cù ad præteritum aut iam præsens, nemo alliciat. Indeque porro fit, vt contractus valeat factus sub conditione de peccato præterito, aut præsentis; vt, do tibi agrum meum quia fuisti, aut quia es hereticus. Nam ea non adstringit, nec allicit ad peccatum faciendum, quod supponitiam fieri, aut factum esse. Quam doctrinam aliquantum authoribus citatis habet Thomas Sanchez lib. 5. De matrimonio disput. 15. num. quinto, & aliquanto plenius Leoninus Lefsius de iust. & iure lib. 2. cap. 18. dubit. 15. num. 121.

62. Q[uo]d A R T U M documentum est. Contractum sub conditione valide factum, reuocari non posse; non quidem conditione adhuc pendente, quia expectari debet eventus illius, quandiu cessat ingratitudo, & alia quævis sufficiens causa reuocandi: nec item conditione adimpta, quia tunc contractus cessante suspensione, ex conditione fit merus & absolutas, & ideo effectum obligandi sortitur, omni impedimento, quod obstat, sublatio. Ceterum difficultas est an hoc ipsum contingat, cum ab altero tantum ex contrahentibus conditione apposita fuerit contractus. De qua re quatuor sententias (citatibus variis authoribus) refert Sanchez De matrimonio lib. 5. disput. 13. Possumus in prædicta sententia cum eodem, contractum vitare per diueritatem in consensu, quæ contingit quando unus pure & absolute consentit, & alter solum sub conditione, ex lege r. §. Si quis similiter, ff. De verborum obligationibus. Et ratio est quia consensus tunc non vniuersaliter inter se, ideoque non oritur ex illis contractus consistens in actione minimum inter duos, mutuo consensu inita.

Documenta de ceteris contractu
apponi solitus.

SECTIO POSTERIOR.

63. PRIMVM EST (pro quo faciunt quæ habet Sanchez in sequenti disput. 19. à num. 5.) Modum contrarium substantiaz contractus cui apponitur, cum annulare, patet, quia contrahens sub modo, obligatur ad eundem seruandum, qui si contra substantiam contractus, cōsequenter est illius de stratiuus, atque adeo illum annullat. Modum autem impossibile aut turpem haberi pro non apposito: ideoque non vitiare contractum cui apponitur: communem sententiam cœlestris tradit Lud. Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 208. versus, *Modus impossibilis*. Et ratio est, quia modus non suspendit contractus dispositionem, sicut conditiones: sed eam præsupponit perfectam & validam.

S E C U N D U M documentum est: quæ factus sub modo possibili & lictio, intelligendum est, iuxta ea quæ consequenter addit Molina, ex apponentium intentione, aliquando est tantum allicendi alterum ad tales modum in plenum, præbendique illi ad id motuum: vt si quis dicat, Do tibi agrum meum, ex lege, ex illius legas. Aliquando vero est quidem obligandi ad modum ipsum seruandum, sed absque impositione oneris, vt si ille non impleatur, contractus eo ipso reuocetur. Aliquando denique est & obligandi ad modum seruandum, & imponendi onus, vt si ille non serueret, contractus sit nullus; vt si quis dicat, Legi domum Tito: sed ex lege, vt Caio soluat centum quæ debet. Cum igitur haec ita sint, & secundum intentionem contrahentium valeat contractus: pro documento tenendum est: Modo apposito non subsecuto, valere contractum in primo illo & secundo casu non autem in hoc tertio.

T E R T I U M documentum est, de quo iuxta legem, *Quintus Matus, ss. De auro & argento Syluester in verb. Condicio, q[uo]d. 7.* Quandoque per verba præcedentia appetit de econata, etiam si demonstratio adiecta in donatione fallitur, donationem ipsam ex tali falsitate non rediit irritam. Exemplum est, si quis dicat, Dono vxori veltem meam purpuream quæ ipsius causa facta est: valet enim donatio etiamsi

vestis non fuerit facta ipsius causa: quia ex verbis præcedentibus constat tam de re donata, quam de voluntate donantis. Quando vero nihil de re donata constat (quia nimis nulla est) donationem reddi irritam: vt si quis dicat, Do vxori veltem, quæ ipsius causa parata est, & nulla est parata. Alia exempla vide apud eundem authorem.

65. Q[uo]d A R T U M documentum est, de quo, ac de sequenti iudicatur. Molina in eod. tract. 2. disput. 209. Si quis contrahat principiter ob causam existimatam subsisteret sed non subsistet tem seu falsam, animus habens contrahendi sequitur obligandi tantummodo tali causa existente vera, contractum non obligare in conscientia; si eadem causa sit falsa, ita inde acceptum, sit in conscientia restituendum. Idque ex Narro. n Enchir. cap. 18. num. 6, siue causam apponens, cum animum suum exprimat, siue tacet. Ratio vero documenti est, quod in contraibus obligatio pendeat ornino à voluntate contrahentium: quæ cum est sub conditione, nulla esse censetur quoque hæc aduenire: proprium enim conditionis suspenderet actum, seu impeditre ne effectum sortitur, donec ipsa compleatur. Iam vero in casu propriei voluntas contrahendi conditionalis est: nempe si causa ob quam contrahitur, sit vera. Quare eadem existente falsa, non adeo voluntas contrahendi: ac proinde contractus taliter factus in validus est, nec inducit obligationem. Advertet tamen cum eodem Molina vers. *Hoc loco*, in tantum procedere, quando quis ita efficit animo affectus, vt si sciret causam non subsistere, non modo nollet contrahere, sed etiam vellat taliter factum contractum esse nullum. Nam si scilicet eo animo, vt nollet quidem contrahere tali causa non subsistente: sed tamen post factum contractum vellat omnino ei stare, si sit, tanquam sufficienter voluntarius, censetur validus.

66. Q[uo]d I N T U M documentum est, quod Molina ibidem addit his verbis. Quando cause quæ ad gratuito disponendum impulerunt, vera sunt: quamvis aliquid aliud latuerit dispositum, quod si scilicet, non solum non ita dispositum, sed etiam voluisse, vt talis dispositio nulla esset; ea utique valida est. Probatur, quia voluntas gratuito disponens, fundatur in iis, quibus dicitur ad talis modo disponendum: ita illi subsistentibus dispositio ipsa sit voluntaria, & sufficiens ad dominium transferendum. Neque obstabit ignoratio aliorum, quæ si cognovisset, non dispositusset. Si enim ut dispositio censetur valida, necesse sit disponentem uniuersum penetrare omnia, quæ ipsum à tali dispositione retrahere poterant: nullus ferre accipiens aliquipræ gratuata dispositione, turus esset in conscientia: vt pote qui iniuste iure posset, circumstantiam aliquam circa mores suos, aut circa aliud, disponentem latuisse; quam sciens non haberet animum eo modo disponendi. Si quis igitur morus ex sola paupertate alicuius vere pauperis, donavit aliquipræ elemosynam, valida est donatione, quamvis latuerit ipsum circumstantia (vi, talis donatum esse perditis moribus aut hereticis) quam si scilicet non modo non donasset, sed etiam factam donationem vellat esse nullam.

S E X T U M documentum est. Si principalis causa finalis disponendi sit falsa, dispositionem esse nullam. Ratio est: quia talis causa tacite continet conditionem hanc. Sires ita sit. In qua conditione innititur totum ius repetendi in debitu solum, de quo est titulus i. Digess. tam Codice, De conditione i. debet. Vnde sequitur: illud quod habet Medina in C. De rebus refut. q. 24. ad 5. fingeat se infirmum aut sanctum & pium, vt extorqueat elemosynam ab eo qui alio nomine non erat daturus, donationem ei factam esse nullam: atque sic acceptum esse refutendum. Quid intellige nisi esset alias debitis ob veram causam, vt cum fingens præmitur summa egestate, aut cum non potest aliter recuperare sibi iuste debitum. Etsi enim peccet mentiendo, non infert tamen injuriam danti, à quo nihil accepit, quin teneatur dare. Quod si quis vere pauper esset, & petens elemosynam, vt facilius impetraret, fingat se infirmum, aut pium, aut cōfanguineum, etiam si peccet fingendo: potest tamen retinere quod ei datum est ad retulandam paupertatem: quia vere laborat: quia ceteræ causæ fictæ non sunt principales, sed solum in puluis, (vt supponimus) ob quas non est datum, sed solummodo facilius aut citius datum.

C A P V T VI.

De iis que passim inueniuntur coniuncta cum contractibus per se in ciuitatibus.

S V M M A R I V M.

- 68 Quid se promissio, pollicitatio, stipulatio, & pactum, ac in quo differant.
- 69 Differentia inter pactum, & promissionis obligationem.
- 70 Que sit vis promissionis, & illius diffusio in iudicium & re-sistam.
- 71 Pacti divisiones variae.
- 72 De aqua dividitur in iudicium & re-sistam.
- 73 De ea quae in utile & inutile; & ea, qua in honestum & turpe.
- 74 Promissio tantum in interna facta homini, non est obligatoria, sicut est facta Deo.
- 75 Simplex promissio etiam ex parte signo expressa, non obligat acceptata sit ab eo cui sit.
- 76 Observations pro praxi de promissione acceptata.
- 77 Quis sit qui promissionem acceptare possit pro alio ad obligationem sufficienter.
- 78 Promissio onerosa vel id acceptata tantum ab eo cui sit.
- 79 Quae existantur, ut possit que pro alio valide acceptare.
- 80 Differentia inter mandatum donandum, & promissionem donandi.
- 81 Promissio facta ob Dei honorem, obligat non acceptata ab eo cui sit.
- 82 Quod promissio signo externo expressa, & sufficienter acceptata obligat sub peccato, genere uero mortali.
- 83 Ad validitatem promissionis requiritur, ut cum plena delibera-tionis facta sit.
- 84 Quanta quantitas debet esse quod promissum est, ut violatio promissionis censetur peccatum mortale.
- 85 De excusatione ad impletionem promissionis, ob mutationem circumstantiarum.
- 86 Circa eandem excusationem obseruanda.
- 87 Obseruatio notanda circa excusationem ob mutationem rerum statum.
- 88 De excusatione per ignorantiam, aliam uice iustam causam.
- 89 Promissio facta ab illo animo promiscue, quando obligat.
- 90 Explicatio difficultatis de promissione facta animo quidem promittendi, non tamen e obligandi.
- 91 Promissio habentis expressam voluntatem non obligandi se, non obligat.
- 92 Ad quid tenetur is qui aliquid promisit pro alio, ipso inchoe.
- 93 Ad quid tenetur ille qui est incertus an promiserit, aut qui licet sit se promisisse, incertus est an id fecerit animo se obligandi.
- 94 Et ad quid, si certus sit, an promiserit cum plena delibera-tione.
- 95 De obligatione cum facta fuerit duabus, nec virique simul sa-tisficer potest, sive cui sit prese renda.
- 96 Promissio simplex non inducit obligationem ad restitu-tionem.
- 97 Quid sentiendum sit de ea que facta est cum adiectione aliquae onoris.
- 98 Quid sit sentiendum de promissione facta cum adiectione oneis turpis.
- 99 Diffusa de promissione quomodo quadriens in pactum & donationem.

68. D'Assim cum contractu ciuili promissio, pollicitatio, pa-tum, & stipulatio inueniuntur coniungi, que sic in-terdistinguntur, ut promissio proprie sit; cum quis praecedente rogatione, seu petitione, vel interpellatione alterius, spondet ea liquidum daturum vel facturum: vel si regem-te, ut mihi mutuo des centum, & spondet daturum. Pol-licitatio vero sit, cum quis sponte sua, non rogatus vel in-terpellatus ab alio, promittit aliquid alteri, hocque est quod significatur in lege, Pactum, ff. De pollicitationibus; cum pollicitatio dicitur esse offerentis solius promissum; nulla sufficit praecedente petitione, vel interpellatione alterius. Vnde pater, neque promissionem, neque pollicitationem

esse inter duos, quorum unus sit debitor, & alter sit credi-tor, sed tantum esse sponsionem unius, qua se obligat alteri, cum ipsius confensu.

Pactum autem sit id, quod duo vel plures ex diuersis mo-tiuis, post varias disceptationes de vno aliquo conueniunt, & concludunt ut fiat, vel ut non fiat, ita ut verba premit-tantur a promitente, & confessum sequantur verba in ad-mittente, ut v.g. dabo tibi centum, ut mihi vendas equum: & tu statim respondeas, mihi placet: hocque sensu accipien-dum est quod in lege i. ff. de pactis, habetur, pactum a pa-tione dici, & actionem esse duorum vel trium confen-sum in idem placitum: si enim id simpliciter, ut verbis oportet, accipiat, pactum censendum erit, cum duo Philosophi, Medicis vel Iurisperiti, in aliqua sua artis vel scientiae qua-stitione unum idemque sentiunt, quod alienum est a com-munioquendam sensu. Stipulatio denique sit, ut habetur ex lege Stipulationum 2. §. Stipulatio, ff. De verbis obligationibus; verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, responderet se daturum, aut facturum illud, quod interrogatus est, v.g. in-terrogo: Promitis te mihi daturum centum: tu statim re-spondes, promitto: stipulatio est.

Atque ex his intelligitur, quod obligationem, parem ef-fec promissionis, & pollicitationis rationem: cum in hoc tan-tem differant, quod illam faciamus rogati: & hanc nostra sponse, nullo rogante. Itemque parem esse pacti & stipula-tionis, quandoquidem in hoc tantum distinguuntur, quod pa-tum fiat quando praecedunt verba promittentis, & sub-sequentur verba admittentis: stipulatio vero quando con-tra, verba admittentis praecedunt, & subsequuntur verba promittentis, eo modo quo ante proposita exempla ostendunt. Vnde quia consideratio haec eo tota refertur, ut intel-ligatur obligatio in conscientia, quam talia parunt: suffi-ciet de promissione & pacto, horum obligacionem inquirendo, differere. De quibus habentur tituli: in iure quidem ciuili: ff. De pactis, & ff. De pollicitationibus, & Cod. De pactis. In iure vero Canonico, tam Extra, quam in Sexto, titulus De pactis. De iisdem variis Doctores agunt, & inter eos la-tissime Couar. ad Cap. Quamvis pactum: & qui nobis in ea-re ceterorum loco esse potest, Ludovicus Molina de iust. & iure tract. 2. d. fuit 252. & aliquot sequentibus.

PORRO inter promissionem & pactum quoad obliga-tionem, hoc discrimen notatur; quod ex promissione iam acceptata ab alio, obligatio nascatur tantum ex parte pro-mittentis: quoniam ex eo gratis, nec ei cui sit quidquam im-ponitur. Ex pacto verba nascatur obligatio ex parte verius que pacientis: quia fit, tam promittente, quam admitten-te, sed ad aliquid dandum, vel faciendum, vel praestandum ad-strigente. Id quod commune quidem est pacto cum con-tractu proprio sumpto, sed ab eo differe tanquam latius pa-tens: quia pacta interueniunt tam in iis qua contrahenda, quam que tollenda obligacionis causa inter partes aguntur. Si enim datur pactum de non petendo debito: itemque de non petendo damno per iniuriam illato. Præterea in trans-actionibus, pacta sunt finienda litis dubia causa; atque pa-teta pacis, & iudiciorum ad bellum cessationem. Aduerte au-tem, ut contractui, sic & promissioni conditionem, modum, demonstrationem, & causam solere apponi. Adderem & tempus futurum: sed de hoc si id incertum, iudicandum est tanquam de conditione: nempe, su pendere obli-gationem. Si sit certum, tanquam de promissione absoluta, ex qua statim consurgat obligatio; tametsi non statim solvatur sicut promissum: id tempore in promissione praefixo: ita ut si ante diem praefixum solvatur, non detur soluenti repeti-tio, sicut datur, si in diem incertum, aut alteri sub condi-tione in futurum pendente, promissum esset, nec conditio esset impleta. Videndum est Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 284. & aliquot sequentibus.

Documenta de obligatione promissioni & pa-ti.

Cum, ut iam attigimus, nobis incumbat potissimum explicatio obligationis, quae ex promissione vel pacto na-scitur: immorabitur in tradendis de ea aliquot docu-mentis. Quibus premissum est de promissione: vim

69.

70.